

Joachim Schnobel

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Joachimus Schnobelius,
I.U.D. & Professor Ad Exequias, Quas ... Iuveni Joachimu Lubberto, L.L. Studioso
Moestissima Mater Hodie ... parabit, Omnes omnium ordinum Cives Academicos
... invitat**

Rostochii: Kilus, 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770851266>

Druck Freier  Zugang



Schnobel, J.
in
J. Lubbert.

Rostock, 1649.

65.







PROGRAMMA

Quo

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

JOACHIMUS SCHNOBELIUS,

J.U.D. & Professor

Ad Exequias,

Quas

ORNATISSIMO JUVENI

JOACHIMO
LUBBERTO, L.L.

STUDIOSO,

Mœstissima Mater

Hodie in templo Mariano parabili,

Omnes omnium ordinum Cives

Academicos perhumaniter

invitat.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILL, Acad. Typ. Anno 1649.

RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOACHIMUS SCHNOBELIUS,
J. U. D. & Professor.

H Omini calamitatibus variis
& morbis malisq; innumeris exposito
in ævi hujus decursu nihil plus adfert
commodi & solatij, quām ut subinde
secum meliorem animæ suæ post ejus
à corpore decepsum conditionem & statum, alte-
riusq; vitæ beatitudinem ac felicitatem, & ejus rei
potiundæ spem certam & indubitatam concipiat
& secum circumferat. Et si enim inter Gentiles et-
iam sapientissimi dubias admodum de animæ hac
conditione & piorum æternâ gloria ac felicitate
habuerint sententias, nobis tamen, qui sacrarum
litterarum doctrina eruditæ & velut ab ipso DEO
edocti sumus, Animæ beatissima immortalitas &
corporis ad vitam cælestem futura Resurrectio to-
tius religionis & fidei basis est immota, solida & in-
conclusa. Inanis siquidem foret labor omnis &
contentio nostra, quam in hac vita subimus ac suf-
ferimus, irritus omnis esset conatus; omnis vitæ no-
stræ

stræ ratio evanida, cultus Dei, religio, & exercitia
pietatis frustranea & nullius momenti, si tanto
tamq; salutari bono frustrari nos, atq; ab alterius vi-
tae exspectatione decidere contingat. Fuerunt sanè,
& fortassis adhuc dantur, qui quidem de animæ im-
mortalitate sententiæ assensum suum præbuerunt;
corpus vero in eandem sortem recipi, pariq; felici-
tate potiturum & ad eam resuscitatum iri ac revictu-
rum prorsus abnuerunt. Sed nobis nec de Resurre-
ctionis hujus certitudine vel hilum licet dubitare,
qui iuravimus in verba C H R I S T I dicentis:
*Amen, Amen, dico vobis, qui sermonem meum audit, Ego credit ei, qui misit me, habet vitam eternam, Ego in con-
demnationem non veniet: Sed transivit à morte in vi-
tam. Amen amen dico vobis, adventat tempus, Ego nunc est, cum mortui audient vocem filii Dei: Ego qui au-
dierint, vivent. Sicut enim pater habet vitam in seipso, sic dedit Ego filio habere vitam in seipso, Ego potestatem ei de-
dit etiam judicium exercendi, eò quod filius hominis est.
Ne hoc miramini: nam veniet hora, quā omnes, qui in
monumentis sunt, audient vocem ejus, Ego prodibunt, qui bona fecerint, in resurrectionem vite; qui verò mala
egerint, in resurrectionem condemnationis.* Et alibi:
*Hac est voluntas ejus qui misit me, ut quisquis conspicit filium, Ego credit in eum, habeat vitam eternam Ego susci-
tem ipsum ego ultimo illo die.* Quod si ex naturæ qua-
dam ratione sit colligendum, quis non videt, cùm-

anima & corpus indivulsè inter se connexa hominem
constituant, necesse esse, ut totus homo, hoc
est non anima solum immortalitate suâ fruatur, sed
& corpus per resurrectionis mysterium ejusdem
misericordie ac felicitatis fiat particeps? Et, si Caput nostrum
Christus resurrexit, quomodo nos membra
eius in pulvere terræ poterimus relinquere? si ille per
passionem, crucem & mortem suam totus in gloriam
suam ingressus est, quomodo nos, qui fidei
cum ipso unimur, non cœlestem stationem ab ipso
nobis paratam consequeremur? Ita enim ipse, *Ego*,
inquit, *Vivo, et vos vivetis: & alibi: Volo, pater, ut*
ubi ego sum, sint et illi mecum, quos mihi dedisti, et vide-
ant gloriam meam, quam mibi dedisti.

Hæc firmiter credens ad beatam illam visionem
nunc quidem meliore sui parte, quâ vixit, translatus
est Juvenis eximia spei & expectationis JOACHIMUS LUBBERTUS legum civilium cultor
industrius. Natus is est Rostochij à piis & honestissi-
mis parentibus Anno 1623. Kalendis Octobris
Patre scilicet M. JOACHIMO LUBBERTO vi-
ro Humanissimo & Doctissimo Scholæ Rostochien-
sis quondam Collega fidelissimo, ac de pube Scho-
lasticâ benè merito: Matre verò fœmina optimâ
& verè piâ Engel von der Lühe, quæ adhuc Dei bene-
ficio est in vivis. Hi parentes filium hunc DEI
mune-

munere sibi donatum eidem omnium primò per
lavacrum regenerationis consecrari curarunt, &
cùm ingenuæ indolis non obscura in ipso appare-
rent indicia, studiis artium liberalium ab ineunte
ætate additum voluerunt. Fingere tenerum ipsius
ingenium & artibus illis, quibus ad humanitatem
ætas illa erudiri solet, instruere potuisset Parens
ipse, nisi fata, ipso nondum trimulo, eundem ad
plures ire jussissent. Quemadmodum verò divi-
na benignitas opis suæ indigos destituere nullaten-
nus solet; ita & matri viduæ tum temporis mœstis-
simæ & huic infanti ejusq; fratri de alio terreno
adjutore prospicere voluit. Matrem enim fatis
annuentibus ad secunda vota transiturus D^r. JO-
HANNES HALLERVORDIUS Bibliopo-
la inclytus & Civis hujus urbis primarius in thala-
mum recepit, & uti illam maritali, ita liberos ejus
priori matrimonio precreatos, æquè ac suos, verè
paterno affectu est complexus, ut Vitricus nomine
quidem audierit, reipsa verò, amore, fide, con-
siliis & curâ Parentem verum sese illis ubiq; præ-
buerit. Nihil enim in se passus est desiderari, quod
ad liberalem & honestam emortui nostri Educa-
tionem & informationem pertinere videbatur
in eamq; curam tantò impensiùs incubuit, quan-
tò solertiam ingenij & memoriæ bonitatem in-

A 3

dies

10
dies clariūs in eo animadvertisit. Cūmq; jam do-
mi linguarum, Græcæ, puta & Latinæ & Artium
humaniorum, nec non disciplinarum philosophi-
carum, Practicarum præsertim, studiis probè ex-
cultus esset, ac Jurisprudentiæ ductu naturæ &
consilio suorum operam datus Institutiones Ju-
stiniæas aliquatenus degustasset, ad ubiorem
profectum consequendum Anno 1644. in Acade-
miam Borussorum Regiomontanam concessit.
Quò cùm venisset, talem studij Historici, Politi-
ci & Juridici in patriâ bene cœptam continuare,
& eruditioni solidæ consequendæ operam assidu-
am navare perrexit. Elapso verò sesqui anno, quem
ibidem (veteris illius DIC CUR HIC? probè
& assiduè memor) studiis suis excolendis diligen-
ter impenderat, cùm Anno 1645. prædictus Vi-
tricus diem suum obiisset, Matris denuò in vi-
duitatem conjectæ ac Germani fratri voluntate
in patriam est revocatus. Redux factus Matri
mœstissimæ & variis curis obsitæ, ubi ubi opus
fuit, industriâ & ope suâ allevamento fuit, ejusq;
negotia tum hîc, tum per literas in locis aliis, Fran-
cfurti præsertim ad Mœnum, & Lipsiæ sedulò cu-
ravit, & quâ fieri potuit ratione, expedita dedit.
Dum Pietati huic tam laudabiliter in Matris sola-
rium vacaret, in exodio anni præcedentis & an-

te

te trimestre quidem spatiū morbus quidam hereditarius, quem Scorbutum vocant, cum valdè infestare cœpit & lecto penitus affixit: ex hoc incidit in Hydropem gravibus (verba sunt Medici) accidentibus, cum viscera non essent salva, stipatum. Hinc quamvis convenientia remedia malo isti sanando sedulò fuerint adhibita; tantas tamen indies sumpsit vires, ut natura gravissimorum dolorum magnitudine fatigata demum manus quasi dare coacta fuerit. Quod animadvertis LUBBERTUS noster ad beatam emigrationem animam composuit, & postquam non multis antè diebus pabulo cœlesti Corporis & sanguinis Christi se munivisset & dolores gravissimos æquo pioq; animo patienter sustinuisse, die XIX. hujus mensis post tertiam pomeridianam precibus intentus eandem placide exhalavit ac Creatori suo, à quo acceperat, reddidit, cùm annos XXV. menses 5. dies 19. vivendo explevisset. Causa hic novus quām graviter maternum pectus denuò sauciarit, non difficulter à quovis, qui nihil humani à se alienum putat, estimari potest. Illius igitur luctum ut leniat, qui potest, rectè facit. Faciemus id & nos, si corporis defuncti filii exuvias tumulo hodie inferendas frequenti præsentia comitabimus.

& dedu-

& deducemus. Quam gratiā ut & illi, & defuncto ju-
veni grātificentur quotquot jurisdictionem agno-
scunt Academicam, amicē rogo & hortor. Vos
insuper, Juvenes studiosis illius commilitones, si-
deliter in hoc exemplum fragilitatis vitæ vestræ in-
tuemini, mortem à tergo vobis insidiantem (quam
vitiis suis non nullos p̄a properè sibi accelerare
dolendum) sanctè meditamini, ac proinde piè, so-
briè castè ac continenter vivere memen-
tis. Rostochij XXIV. Martii
Anno M. DC. XLIX.

Conventus fiet in templo Jacobæo
horā primā.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770851266/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770851266/phys_0016)



te trimestre quidem spatiū morbu
tarius, quem Scorbutum vocant, c
re cœpit & lecto penitus affixit: ex
dropem gravibus (verba sunt Medic
viscera non effent salva stipatum. Hi
venientia remedia malo isti sanan
adhibita; tantas tamen indies su
natura gravissimorum dolorum i
gata demum manus quasi dar
Quod animadvertis LUBBE
ad beatam emigrationem anim
&, postquam non multis antè di
lesti Corporis & sanguinis Chris
& dolores gravissimos æquo pic
ter sustinuisse, die XIX. hujus
tiam pomeridianam precibus in
placide exhalavit ac Creatori su
rat, reddidit, cum annos XX
19. vivendo explevisset. Causa
graviter maternum pectus denu
difficulter à quovis, qui nihil hu
putat, æstimari potest. Illius ig
niat, qui potest, recte facit.
nos, si corporis defuncti filii ex
die inferendas frequenti præsent



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.

Patch Reference numbers on UTT

032

heredi
infesta
at in Hy
bus, cum
vis con
fuerint
es, ut
ne fati
fuerit.
hoster
osuit,
alo cœ
ivisset
patien
ost ter
andem
accepe
5. dies
quām
t, non
lienum
mut le
is id &
ulo ho
bimur
& dedu